

dinata affectione, & distorta affectione ad legem suam, nec permittebant homines curari in Sabbato: & tamen extrahebant ovem, vel bovem de puteo in Sabbato, & multa alia. (a) Christus inquit volens eos ab errore illo revocare, per opera & sermones, maluit mori, quam tacere, quia tunc erat veritas dicenda Judæis, & ideo pro iustitia mortuus est. Tamen de facto (b) sua gratia passionem suam ordinavit, & obtulit Patri pro nobis, & ideo multum tenemur ei, ex quo enim aliter potuisset homo redimi, & tamen ex sua libera voluntate sic redemit, multum ei tenemur, & amplius quam si sic necessario, & non aliter potuissimus fuisse redempti: ideo ad alludendum nos ad amorem suum, ut credo, hoc precipue locit, & quia voluit hominem amplius teneri Deo: sicut in aliquis genuisset primo hominem, & postea intruxisset eum in disciplina, & sanctitate, amplius obligaretur ei, quam si tantum genuisset eum, & alius intruxisset; & hæc est congruitas non necessitas. Si autem volumus salvare Anselm, dicamus, quod omnes rationes sue procedunt præsupposita ordinatione divina, quæ sic ordinavit hominem redimi: & sic videtur procedere, ita quod Deus ex præordinatione, non voluit acceptare pro redemptione hominum, nisi mortem Filii sui, nulla tamen necessitas absoluta fuit, Unde in Psal. 129. *Copiosa apud eum redemptio.*

Ad primum principale secundum Apostolum ad Hebr. 2. *Nisquam Angelos apprehendit, sed semen Abrabe;* tunc dico, quod argumentum illud est bonum fecit morale, contra illos qui ponunt Angelos inopulos in singulari speciebus, sed hoc eredo falsum: ideo non accidit aliqua species Angelica tota, licet forte de qualibet specie ceciderit aliquis, tunc teneo illam responsum, quod quia tota species humana cecidit, ideo magis debuit reparari.

Alia etiam responsio tibi data sumitur ab Anselm, ideo potest etiam valere, quia homo peccavit suggestione diaboli, & quæ tuit alterius rationis, & suggestione uxoris: & forte non ita efficaciter fecit Angelus malus, quia licet aliqua tentatio tuit aliis ruina Luciferi, tamen non ita efficaciter fecit hominis a diabolo. Ad secundum contra eredo absolute, quod per bonum velle potuit fatiscisse; sed tamen aliter voluit. Et cum dicit, quod actus sunt iandabiliores passionibus; dico quod verum est loquendo de actu virtutis, quæ distinguitur contra passionem, quæ non accidit ex virtute, & sic loquitur Philosophus, tamen passiones penales & maxime mors, quando est ex actu virtutis accepta, & imperata, est iandabilior quam actus virtutis circa delectabile separatum. Unde actus virtutis circa tristabile est magis meritorius, quam actus virtutis circa delectabile, & passiones voluntarie concomitantes actum virtutis simul acceptæ sunt magis merito, quam actus tantum, unde Salvator de Paulo dixit: (c) *Osten-*

dam

† Vide Mag. bic.

‡ Matth. 12, & Marc. 4, Luc. 6 & Io. 7 & 9.

§ Act. 9;

dam ei, quanta oportet eum pati: non dixit quanta oportuit eum agere. Quod ergo Christus voluit sic pati, processit ex amore infinito suis, & nostri, quod dilexit nos propter Deum.

Ad aliud, cum dicitur, quod minima læsio istius personæ fuit majus malum, quam omnia peccata, quam per mortem. Dico tamen, licet quod aliter potuisset redimere, quam per mortem. Dico tamen, quod læsio illa, sicut & vita, & illusio, valuisse tantum, pro quantum fuisset accepta. Ad aliud dico, quod peccatum occidentium Christum potuit redimi, tamen Anselm, dicit 15. cap. 3. Quod non potuerunt eum scienter occidere, hoc tamen non eredo, sed eredo, quod licet scivissent eum Deum per unionem, adhuc potuerunt eum occidisse; & si hoc fecissent, adhuc eorum peccatum fuisset remediabile per passionem Christi, quia plus dilexit Deus illam passionem acceptando, quam odisset eorum malum. Unde non potuerunt habere actum tam distortum in malicia, sicut fuit bonus bonitate moralis actus voluntatis, quo Christus voluit pati, quia actus ille habuit bonitatem non solum ex potentia volitivæ, sed ex summa charitate, quæ voluit mori, & aliquo modo ex illi persona: sed actus aliorum malus, non habuit tantam malitiam ex habitu præcedente coordinato. Et quod Apostolus dicit: (a) *Quod si cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent;* loquitur non de Judæis, sed de principibus mundi, scilicet de demonibus: quia si scivissent eum esse verum Deum, non instigassent homines ad ejus mortem, & hoc propter bonum secutum ex morte, scilicet, redemptionem hominis, quod bonum nolebant accipere: unde primo quando ignoraverunt hoc, instigaverunt Judæos ad mortem postquam vero sciverunt ipsum esse verum Deum persuaserunt contrarium. Unde uxori Pilati milit ad eum dicens, (b) *Nihil tibi, & iusto illi: multa enim passa sum ista nocte in visu propter eum.* Bene tamen voluissent ipsum mori sine redemptione humani generis, si fieri potuisset.

DISTINCT. XXI.

Circa istam vigesimam primam Distinctionem, in qua Magister agit de statu Christi in morte, & de consequentibus corpore Christi post separationem animæ, queritur unum.

QUÆSTIO UNICA.

Utrum Corpus Christi fuisset putrefactum, si resurrectio non fuisset accelerata?

Quod sic, Natura non incipit motum, quem terminare non potest 2. *Metaph. & 6. Phil. in fine,* (c) terminis autem corruptionis mixti viventis est putrefactio secundum Philosophum, 4. *Met.*

O 4

sed

a 1. Cor. 2: b Mat. 27. c Text. & Text. 91. Text. 3.

sed natura incipit illam in separatione animæ a corpore; illi enim separatio est inchoatio ad putrefactionem, & resolutionem in elementa; sicut patet in aliis hominibus: Ergo videtur, quod corpus fuisset putrefactum, si resurrectio non fuisset accelerata.

Præterea Christus assumpsit passiones nature humanæ viventis, secundum Damascen. cap. 65. (g) *Locum hominem, & omnia que sunt hominis assumpsi, præter peccatum, scilicet esuriam, sitim, laborem, dolorem, lacrymas, corruptionem mortis, agoniam, timorem, & talia, que universis insunt homini: omnia enim assumpsi, ut omnia justificaret.* Hæc illi, igitur per eandem rationem assumpsit passiones nature mortuæ, quæ naturaliter omnibus insunt: talis passio est putrefactio, & resolutio: ergo. Contra in Psalm. (b) *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.*

Ad questionem illam respondet Henric. (c) *quæst. 2. q. 12. quod aliquid a futurum quoad causas naturales, si non prohiberetur, sed dimitteretur suæ causalitati, quo tamen non est futurum, nec evenire poterit propter causam superiorem prohibentem causas naturales inferiores suam causalitatem exercere.* Et ideo simpliciter illud dicendum est esse futurum, quod est futurum secundum causam superiorem vincentem; non autem quod est futurum secundum causas inferiores, si suæ causalitati reinqueretur. Exemplum de hoc ponitur Iliæ 18. de Ezech. cui Ihsias inquiravit mortem, & mortuus fuisset naturaliter secundum causas inferiores: sed tamen Deus ab æterno vidit occasionem suam, & devotionem, & lacrymas: ideo prohibuit causalitatem causarum inferiorum, & ultra terminum naturalem addidit sibi 15. annos, ut patet sibi supra; Sic dicitur in proposito, & totum bene utique hinc, quod corpus Christi in morte fuisset putrefactum, quantum est ex parte causarum inferiorum naturalium, si non fuisset prohibita, quia habuit causam intrinsicam resolutionis, scilicet calorem, & humorem, & extrinsecam, sicut alia corpora, scilicet calorem, frigus, & alia: quarum causalitatem prohibuit Deus, & prohibuisset, etiamsi corpus illud non fuisset vivificatum, utque ad generalem resurrectionem. Et quia illud dicendum est esse simpliciter futurum, quod futurum est secundum causas superiores, vincentes causalitatem inferiorum causarum, quantum in eis est; ideo simpliciter dicendum est, quod illud corpus nunquam fuisset putrefactum, & secundam illam viam tendendum est, & vero, quod etiam illa sunt simpliciter possibili, quæ sunt possibili secundum causam superiorem non autem quæ secundum inferiorem, nisi secundum quid, utque hæc bene dictum est. Sed ultra, quomodo fuisset corpus illud præservatum a corruptione, & resolutione in elementa? Dicit, quod per miraculum, non quidem novum, sed antiquum, quo scilicet illud corpus Christi fuit unum primo Verbo indissolubiliter secundum Damascen. lib. 3. cap. 3. vel 49. secundum

^a Arg. 2. l. 2. c. 20.

b Ps. 15.

^c Vide D. Tb. 3. p. 9. s. ar. 3. & Var. d. pref. & D. Bon.

aliam (d) quotationem. Contra proba, quod hoc fuit novo miraculo: quia naturaliter activo approximato naturaliter passivo, non impeditur per causam supernaturalem impedientem, activum naturaliter agit in passivum, & passivum naturaliter patitur; & si impediatur ejus actio per causam supernaturalem, hoc erit per miraculum novum, (b) sicut patet de igne trium purcorum in Daniele: sed corpus Christi in morte fuit naturaliter passibile, & resolvable, quia non fuit gloriosum; Constat: nec illa unguenta, scilicet myrrha, & aloes prohibuissent semper resolutionem, quin aliquando alteratio fuisset inchoata, & terminata, licet non ita cito, sicut si non fuisset corpus illud unctum, & habuisset sibi approximatum activum naturale intrinsicum, & extrinsecum non impeditum per aliam causam naturalem: igitur si corpus illud non fuisset aliquando resolutum, hoc fuisset novo miraculo. Sed dices, quod argumentum bene probat, quod per miraculum, sed non per novum. Contra, Verbum antiquo miraculo, quo primo sibi univit corpus illud, non impeditur passionem corporis sui animati, quia stante illo miraculo, corpus illud patitur elevationem, lanceationem, & mortem: immo si impeditur illius passibilitatem, ex quo corpus erat passibile, hoc fuisset necessarium novo miraculo, ex quo per antiquum non fuit prohibitum; ergo eodem modo si prohibuisset, licet prohibuit resolutionem corporis sui, ex quo fuit resolvable, hoc fuit novo miraculo, non antiquo. Præterea, duplex est processus nature, unus, quo ab imo perfectio tendit, & proficere in perfectum, & hæc est via generationis; alius, quo a perfectio deficit, & tendit in imperfectionem, & hæc est via corruptionis. In primo processu, patet, quod in feminaliter generata, natura incipit a semine, & alterando inducit sanguinem, & ultra per alterationes ducit sanguinem in carnem, & ossa, & hæc in organizationem, & figuram convenientem anime. Si ergo verbum univisset sibi naturam, ita, quod natura habuisset cursum suum, scilicet, quod primo univisset sibi sanguinem, & mediante sanguine successive carnem, & mediante carnem, carnem organizaret; si nec cesset, tunc non impediisset cursum nature successivum, nisi per novum miraculum, aliud ab illo, quo primo univit sibi sanguinem: quia illo stante potuit natura habere cursum suum, ideo si cursum impediiretur, hoc esset necessarium novo miraculo. Eodem modo oportet dicere de processu naturali defectivo, quia non obstante primo miraculo, quo corpus fuit unum Verbo, fuisset corpus naturaliter putrefactum, nisi alio miraculo fuisset præservatum.

Præterea, Divinitas in carne viva non prohibuisset fluxum carnis per sudores, & labores, non obstante prima unione nisi fuisset novum miraculum: igitur nec resolutionem corporis mortui, nisi novo miraculo. Nec dicitur Damascen. scilicet pro eo: non enim loquitur de unione corporis ad suppositum, sed de unione duarum naturarum in supposito, quod expresse patet per verba sua. Dicit enim sic in

tran-

^a 9. Met. c. 14.

b Cap. 3.

translacione Linco. *Invertibiliter, & inalterabiliter unita sibi inuicem natura, nec natura diuina exeeunt a propria simplicitate, neque inique humana vertente in diuinitati naturam.* Illa igitur aduerbia inalterabiliter, & invertibiliter, non referuntur ad corpus, & suppositum, sed ad illas duas naturas: quia uult, quod neutra uerba est in aliam, sed manserunt distincte in supposito. Si enim referantur ad inuicem naturam a supposito, ita quod nunquam dimiserit quod assumpsit, & hoc per antiquum miraculum: tunc antiquo miraculo semper conseruaret unionem partium naturam humanam, scilicet animam cum corpore; & si unquam ierunt separata, sicut fuerunt; tunc oportet dicere, quod nouo miraculo iuit mortuus ex quo enim antiquo miraculo, si non superuouisset aliud, semper fuissent partes inter se unite, sicut fuerunt in Verbo, sequitur ex quo iuerunt separata; quod hoc fuit nouo miraculo.

Tunc dico cum eo in primo, non autem in secundo, sed nouo miraculo iuit corpus preseruatam a putrefactione, ita quod alia uolitione secundum rationem uoluit corpus uniri Verbo, & alia corpus preseruari a resolutione impediendo actiones causatum naturam, & non ponitur aliud pro miraculo, nisi alia uolito secundum aliam, & aliam rationem respectu diversorum obiectuorum, & secundum illam uiam plus ualeat ratio Beati Petri, qua probauit corpus eius non esse putrefactum, quia ita cito accelerauit resurrectionem. Quantum autem ad depositionem pro uerbo Damasc. dico, quod Chaitus nunquam aliquam principalem partium deposuit, sed semper utramque iuit sibi unita: in morte tamen, licet partes manserunt unite Verbo, non tamen inter se, & secundum hoc potest dici deposita, quod assumpsit, quia assumpsit totam naturam unitam, & integram ex partibus, & in morte talis natura non sic fuit unita, & integrata ex partibus, sicut erat, & quando fuit assumpta.

Ad primum principale dico, quod maior est uera, si natura non prohiberetur a fortiori agente: sed Deus uoluit inchoare motum illum per separationem animae, quia consonabat effectui redemptionis; non autem uoluit illum terminari per putrefactionem corporis, quia talis putrefactio nullo modo nobis fuisset proficua, quia non meritoria. Per idem ad secundum, quia assumpsit passiones naturae uidentis, quia illis nobis meruit; sed non natura mortuae, cuiusmodi est putrefactio; non quin possit putrefesci, si non prohiberetur per nouum miraculum: sed hoc prohibetur propter commodum nostrum, quia putrefactio nihil nobis ualuisse, nec fuit decens, immo fuisset causa erroris, & incredulitatis resurrectionis eius. Ad illud Psalmi in oppositum, *Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem.* Verum est de factis, quia sicut uoluntate aeterna uoluit corpus illud uniri Verbo, quod fuit miraculum; ita etiam uoluit, quod illud corpus inanimatum non putreficeret, etiam si resurrectio fuisset prolongata, & etiam ne in illo triduo inchoaretur: Bene enim fuisset ibi aliqua inchoatio resolutionis, non obstantibus illis uigentibus, nisi fuisset nouum miraculum. Ad Damasc. eodem modo dicendum est.

DI.

DISTINCTIO XXII.

Circa istam uig. siman secundam Distinctionem, in qua Magister agit de sit u Christi in morte quantum ad tempus sequens horam mortis, quaerit unam.

QUESTIO UNICA.

Utrum Christus fuerit homo in triduo?

Quod sic. Chaitus in triduo fuit Christus: igitur Christus fuit unus homo. Antecedens patet, quia item praedicatur de se. Consequentia patet, quia ex opposito consequens sequitur oppositum antecedentis. Similiter aliter probatur: ab inferiori ad superius tenet consequentia: antecedens est inferior ad consequens. Praeterea, Christus in triduo habuit humanitatem: igitur iuit homo. Consequentia patet. Antecedens probatur, quia habuit animam, & totam hominis, sed forma dicit totam quidditatem rei secundum Philo. 7. Met. (a) & Commen. expresse, similiter Christus habuit totam entitatem humanitatis: igitur humanitatem, haec consequentia patet. Antecedens probatur, quia Christus habuit corpus, & animam, & illa sunt tota entitas humanitatis, nam in morte non corrumpitur aliqua entitas, cum mors sit tantum separatio, & dissolutio unitorum, non autem cor: utriusque absoluti, Hoc dicit Dionys. 5. c. *Beates. sup. ar. (b) & Damasc. cap. 73.*

Praeterea, (& hoc potest ponderari) omne suppositum subsistens in natura creata, potest ab illa natura denominari: sed Verbum in triduo subsistebat in natura creata; habuit enim naturam creatam sibi unitam, scilicet corpus, & animam; sed non potest dici anima, nec animatum, nec corpus; nec corporeum; igitur uidetur, quod potest dici homo, cum non possit haberi alia denominatio a natura, in qua subsistebat. Contra, Christus in triduo non habuit animam unitam corpori, ut locum perscitem proprium perfectibilem: compositum enim, cuiusmodi est homo, non est, nisi forma uniatu materis, ut perfectio perfectibili: quare in triduo non fuit homo.

Hic primo uidentum est de realitate questionis in se, ut est Theologica: secundo ut est aliquantulum Logica. Theologi enim non quaerunt questionem de uerbo sermonis, utrum haec sit uera: *Christus fuit homo in triduo*, sicut quaerit an Socrates sit homo, nullo homine existente, ex uerbo sermonis; scilicet an superius praediceretur de suo inferio, nullo inferiori existente; quia posset stare, quod superius praediceretur de inferiori suo, siue illud esset, siue non; & tamen dubitari de isto, an scilicet Christus fuerit homo in triduo, sicut dicam infra. Loquuntur igitur Theologi de realitate rei. Et secundum hoc fuit

fuit opin. Vug. de Sacram. lib. 2. par. 1. (a) quod Christus fuit homo in triduo, qui habuit animam sibi unitam, ideo posuit Christum fuisse hominem in triduo. Nam secundum ipsum homo dicit tantum animam unitam corpore: sed quod utatur; sed quod accidit ad hoc, quod sit homo; quia igitur Christus in triduo habuit animam sibi unitam, ideo posuit Christum hominem in triduo. Magister Sententiarum aliter motus fuit, ponendo Christum esse hominem in triduo (b). Voluit enim, quod ad hoc, quod aliquid esset homo, oportet, quod illud habeat corpus, & animam, & quod utrumque requiritur ad esse hominis: sed posuit, quod non requiritur necessarius ad hoc, quod habeat corpus, & animam in triduo, quod corpus & anima unquam mutuo, sed sufficit unio illorum in supposito habente illi unita sibi; ideo dixit Christum esse hominem in triduo, quia habuit illa unita, quia etiam non inter se, tamen in Verbo fuerunt unita (c). Aliqui alii sunt, qui in conclusione incidunt cum Hug. tamen generalius loquuntur, volentes, quod nihil sit per se de ratione quidditatis rei, nisi forma: & tunc habens formam, habere quidditatem rei, ut qua haberet animam intellectivam, haberet humanitatem; & cum Christus habuit eam sibi unitam in triduo, fuit homo, Probatio assumpti, scilicet quod nihil pertinet ad quidditatem rei, nisi tantum forma; & non materia: quia secundum Philosoph. 7. Metaph. cap. 8. (d) materia est, qua res potest esse; & non esse: ideo secundum quod vult in quibus generatur, sive a natura, sive a casu, quod ibi rationalis est possibile non esse ratione materia: igitur si materia esset pars quidditatis, quidditas posset generari, & corrumpi, quod est contra. Philosophum in eodem 7. cap. de par. diff. (e) ubi vult, quod quemque concipiuntur sine materia, ut rationes speciei, solum hæc non corrumpuntur.

Præterea, probatur idem ex parte cognoscibilitatis rei, quia quod quid est, est per se principium cognoscendi illud, cuius est: igitur quod legandum se est ignotum, non includitur in ratione ipsius, quod quid est: huiusmodi est materia secundum Philosoph. in 7. cap. de par. diff. (f) Præterea, in per se habentibus quidditatem, quidditas est idem cum eo, cuius est, quod expresse dicit Philosoph. in 7. Metaphysic. cap. 4. quod igitur (g) prohibet quidditatem esse idem cum eo, cuius est, non est de per se ratione quidditatis: huiusmodi est materia secundum ipsum ibidem cap. 4. (h) in quibuscumque conceptis cum materia non est idem quod quid est cum eo, cuius est. Præterea, ad hoc sunt auctoritates, nam in 7. cap. de par. diff. dicit quod anima est substantia animati, & species, & quod quid erat esse: igitur quidditas animalis est eadem anima. Præterea, ibidem cap. 2. (i) ma-

a Cap. ubi opin. Pla. b Hic non tenetur Magist. Vide D. Th. 2. p. q. eo. ar. 4. D. Bon. hic. c Alb. & Aver. 7. Meta. c. 35. Vid. D. Th. 1. p. q. 75. ar. 4. d Tex. 22. e Tex. 34. 7. Met. 1. 20. & 21. & 3. Met. 1. 3. f Tex. 35. g Idem 1. Physic. 169. h Tex. 20. 34. & 41. i Tex. 9. Tex. 40.

materiam, & compositum ex materia, & forma dimittendum est, quia huius substantia posterior est quidditate rei, aperto exclusens per hoc materiam a quidditate rei, & post hoc in epilogo concludit quod partes & materia, non incurrunt distinctionem, vel quidditatem substantie. Hi ultetius dicunt, animam dicere totam quidditatem hominis, & ideo si anima in resurrectione uniretur alteri materię, quam prius adhuc esset idem homo numero propter unitatem anime, que dicit totam quidditatem hominis.

CONTRA ista primo, quod conclusio in qua ibi convenit cum Hug. scilicet, quod Christus fuerit homo in triduo, quia scilicet habuit humanitatem, id est animam, quod dicit totam quidditatem, sic falsa, probat; Nam, quod nihil dicatur homo ab anima, patet per Augustin. 12. de Civitat. cap. ult. Hæc, inquit, verum est, quod non totus homo, sed pars melior animus est, nec totus homo corpus, sed inferior pars hominis. Hæc contra Hug. & sequitur contra Magistrum Sententiarum, sed cum est utrumque conjunctum simul, habet hominis nomen. Hæc Augustin. Nota etiam in ista auctoritate, quod corpus est pars hominis, contra alios dicentes animam esse totam quidditatem hominis; quod non est verum, quia quidditas dicit totum, quod dicit homo: & homo includit corpus, ut patet: igitur & quidditas ejus. Præterea, Damasc. cap. 49. (a) Pures hypostases hominum sunt: omnes autem eandem recipiunt rationem naturæ: omnes enim ex anima compositi sunt, & corpore. Nota, quod vult, quod omnes hypostases hominum participant eandem rationem naturæ, per hoc, scilicet, quod quilibet hypostasis componitur ex corpore, & anima: igitur sic componi convenit nature, quam participant & hoc contra Hug. & alios, qui dicunt, quod alterum tantum est homo. Contra Magistrum est, quia ista composita faciunt hominem. Præterea, Damasc. cap. 58. contra hæreticos Christiani habuisse corpus de Cælo assumptum, (b) & tamen per Virginem transiens, arguit, quod habuit veram carnem de Virgine substantialiter sumptam; aliter non esset homo univoce nobiscum: sed hoc argumentum nihil valet, si caro non est de ratione hominis, quia habendo animam ejusdem rationis, esset homo ejusdem rationis, si corpus, vel caro esset extra rationem hominis. Sed ultra contra conclusionem in generaliori sensu quod dicunt, quod materia est extra rationem quidditatis substantie, scilicet ignis, vel hominis, arguo sic. Essentia substantie ignis est sufficiens ratio intrinseca igni essendi substantiam, & circumscripta quacunque alia re ab essentia (non dico modo alia realitate, quia bene facio differentiam inter rem, & realitatem) igitur si essentia ignis dicit solam formam, circumscripta omni alia re a forma, forma erit sufficiens ratio igni ipsi essendi ignem, & substantiam: igitur ignis esset vere ignis, si sola forma ignis esset, & hoc dicere, si tenerem opinionem, & hoc est destruere omnem materiam. Major patet de se, quia sicut albedo est sufficiens ratio effici-

a Lib. 3. c. 35. b Lib. 1. c. 12. Quere in symbolo Alban.

fendi album, ita humanitas essendi hominem, & igneitas ignem; si ergo sola forma ignis esset, & nulla materia; forma esset iusti iens ratio habenti eam essendi ignem. Præterea, cujus essentia est secundum se incausata, ipsum est secundum se incausatum: quia quod aliquid causetur per se, & non ejus essentia, quæ est idem sibi per sealem identitatem, omnino nihil est didum; patet igitur major: ergo eodem addito utrobique, illud quod ejus essentia est incausata a causis intrinsecis, est incausatum a causis extrinsecis, id est quidditas, vel essentia rerum materialium non includit materiam, esset incausatum a causis intrinsecis: quia non habet materiam cuius sui; & per consequens est incausata materialiter; sed insula ponetur materia in substantia materiali, nisi esset causa sui: ergo sequitur, quod si verum est, quod concessum est, quod materia nihil est. Præterea, ens completum in genere, nulli alteri unatur, ut faciat per se unum cum eo, sed tantum faciet cum alio unum per accidens, vel aggregatione. Et ratio hujus est, quia illa, quæ faciunt per se unum, non sunt entia completa & r se in genere, sed tantum principia rei completæ in genere. Si igitur forma ignis est quidditas completa in genere, ut tu dicis, quia non potest contrahi, ut sit perfectior per materiam, vel aliquid tale; tunc forma ignis nulli alteri poterit uniri, ut faciat cum eo per se unum: ens in genere per se: igitur hic ignis non erit ens per se. Vel si sic, non habet materiam, sed solam formam, quod est æque inconveniens, & si habet materiam, est ens per accidens, vel aggregatione, sicut aceruus, quod est contra Philosophum 7. *Metaph. cap. 5. (a)* quia compositum per se generatur per se est unum, 8. *Metaph.* alias esset minus unum, quam terminus augmentationis, vel alterationis.

Præterea, quod non includit aliquam quidditatem in genere, nec aliqua quidditas in genere includit ipsum, illud non est in genere, nec per se, nec per accidens: non per se, patet, quia sola illa iens in genere per se, quæ includunt quidditatem, ut individua, vel quæ sunt ipsa quidditas, ut homo, vel humanitas; nec per accidens, vel per reductionem, quia quod est sic in genere, includitur in aliquo, quod est per se in genere, si igitur materia non includitur in quidditate hominis, nec includit (hoc est certum) nullo modo igitur est in genere: sed quod nullo modo est in genere, nihil est, vel est Deus: sed materia non est Deus: igitur est nihil.

Præterea, rationi materie secundum se non repugnat esse communis diversis materiis in diversis individuis, sicut nec repugnat rationi forme esse communis diversis formis in diversis individuis: igitur ab hac materia ignis, & ab illa potest abstracti communis ratio materie sicut ex hac forma, & illa, communis ratio forme: sed ex forma, & materia sic abstracta sic compositum per se abstractum in genere, quia sic ex eis per se unum, quia hæc potentia, & ille actus in communi, sicut hæc materia, & hæc forma: quia hæc potentia,

& hic

& hic actus in speciali faciunt unum hoc figuratum; illud ergo compositum sicut est per se unum; ita habet quidditatem per se unum, & sicut sua entitas, vel unitas includit per se materiam, & formam, sic & sua quidditas. Et hoc probatur per Philosophum 5. *Metaph. cap. de Causa & 2. Physic. (a)* causa, & effectus proportionantur, si genere, genere, si numero, numero. Et hoc expressius dicit Philosophus, & Comment. 12. *Metaph.* igitur, b sicut illud est unum compositum in genere, sic habebit easdem componentes in genere, scilicet materiam, & formam in communi, & illa duo sicut includuntur in quidditate eius, sic & in unitate.

Præterea, 7. *Metaphysic.* vult Philosophus (c), quod sicut ex hac materia contrafacta cum hac forma, fit hoc individuum ultimatè, ita ex materia communi & forma communi resultat quidditas communis. Cujus probatio est, quia tacere per se unum in singulari, convenit huic materie, & huic forme, & illi materie, & illi formæ: igitur hoc convenit eis per aliquid commune, cui primo convenit tacere per se unum cum alio: & hæc est materia in communi, & forma in communi. Nam ratio quare hæc forma facit per se unum cum hac materia, est, quia hic est actus, & illa potentia; & hæc ratio, scilicet esse potentia, & esse actus, convenit per se pluribus: igitur per aliquid commune eis, quod non est nisi per materiam, & formam, quæ primo faciunt unum: sed omne per se unum habet per se quod quid est: igitur.

Rationes quas faciunt, sunt ad oppositum, eum dicitur quod materia est: per quam res potest esse, & non esse; igitur non includitur in definitione, vel quidditate: Arguo, quod ex hoc eodem debet includi, quia scientia naturalis. Quod est vera scientia non est nisi de quidditatibus rerum secundum Philosophum 7. *Metaph. in fine (d)* sed de quidditate corporis physici, potest aliqua passio demonstrari: passio autem corporis mixti compositi est elementis est corruptibilitas: igitur potest ostendi corpus esse corruptibile, non solum, quod hoc corpus est corruptibile, quia demonstratio est universalium, sicut scientia; ex 7. *Metaphysic. & 1. Posteriorum*: (e) igitur hoc erit per medium commune, & universale, hoc autem non est dare, nisi materiam in resolutione tanquam medium primum, & immediatum: quia quamvis mixtum contrumpatur, & quia est ex contrariis, non tamen esset mutua actio, nisi quia aliquid in potentia est, quod possit aliam formam recipere. Est etiam corpus simplex agat in simplici ratione contrarietatis, prima tamen radix est materia cum privatione quæ est in potentia, ut transfundatur ad aliam formam, ut aer ad aquam, & e converso: ita quod medium immediatum, ad quod constat resolutio, ut corruptibilitas demonstratur de corpore aliquo, est materia: igitur materia includitur in quidditate corporis; aliter hæc conclusio, corpus est corruptibile, non plus sciretur de aliquo

Com-

a *Tex. 15.*

a *Tex. 3.* b *Tex. 27. & 13.* c *Tex. 39.* d *Tex. 60.*
e *Tex. 53. Tex. 43. & 14.*

composito; vel quidditate composita, quam de Angelo, quod falsum est. Unde de corruptibilibus potest esse veri demonstratio in universalibus, ita quod demonstrative ostendatur talia esse corruptibilia: nec est medium ad hoc, nisi quia habent materiam. Cum igitur scientia naturalis sit vera scientia, & universalium, sequitur quod corpus mixtum in sua universalibus, sive generali ratione, & quidditate includit materiam: licet enim nunquam contrahatur actu, nisi in hoc corpore; tamen de hoc corpore non demonstratur passio primo, sed de corpore in communi.

Præterea, secundum argumentum s. cum arguitur, quia quod quid est? est principium cognoscendi illud, cujus est, ex hoc concluditur materiam includi in quidditate, quia res non potest cognosci, nisi cogniti in causis, secundum Philosophum 2. *Metaph.* (a) dicit enim, quod si causæ essent infinitæ, nihil contingeret cognoscere, & exemplificat tam in causis materialibus, quam in aliis. Et ratio sua est, quia tunc cognoscimus rem, cum causam ejus cognoscimus: infinitæ autem causæ, si essent, non possent pertransiri: igitur nihil posset cognosci. Si ergo nihil est necessarium ad cognitionem rei, nisi quod quid est, & materia est necessaria, secundum Philosophum, sequitur, quod materia includitur in quod quid est: quia si materia non includitur in quod quid est, quod est principium cognoscendi, tunc perfecte res posset cognosci, quamvis causæ materiales essent infinitæ: homo enim perfecte cognoscere, non obstante infinitate causarum materialium. Ad tertium, cum arguitur, quod in labentibus per se, quod quid est, idem est, quod quid est, cum eo cujus est illud: ergo quod prohibet, & sic sed materia prohibet, quod quid est esse idem cum eo, cujus est; Minor est falsa, loquendo de materia quocumque modo, sicut infra patet magis. Nam sicut quod quid est in immaterialibus, est idem cum eo, cuius est primo, sic in materialibus quod quid est est idem cum eo, cujus est primo, ut quod quid est hominis, cum homine, & est idem cum hoc homine per se, sed non primo, sicut hic homo habet per se distinctionem, sed non primo. Unde eo modo, quo res habet distinctionem, & quod quid est, sic est idem sibi, vel non idem. Quod autem quod quid est compositi materialis, ut hominis, includit materiam, probatur per Philosophum 7. *Metaph.* cap. de *Diff.* (b) Ubi dicit, quod distinctio est ratio, & omnis ratio habet partes, sicut autem se habet tota ratio ad exprimendam totam rem, quæ diffinitur, sic oportet partem distinctionis exprimere, partem rei, ex quo distinctio exprimit totam substantiam distinctam. Cum igitur materia sit pars rei, nisi distinctio includeret materiam, non haberet, unde exprimeret totam rem, nec quod pars ejus exprimeret partem.

Pro ista etiam parte sunt auctoritates expressæ. Philosophus enim 8. *Metaph.* cap. 3. & 1. de *Animæ*, (c) recitat opiniones quorundam

dæm distinctiōnū res materiales, aliquarum per materiam tantum, & aliquarum per utrumque; & isti ultimi secundam ipsam perfectè disti-
nunt, unde commendant Architam, qui tam materiam, quam for-
mam, complexus est in distinctione. Præterea, 8. *Metaph.* cap. 3.
vult (a) quod tertium, id est distinctionem, oportet esse ra-
tionem longam: & hoc quidem, ut materiam; illud vero ut for-
mam esse in distinctione.

Præterea, in 7. cap. de *Par. diff.* (b) concludit conclusionem probatam, quod materia est pars speciei; speciem autem dico, quod quid erat esse.

Quantum ergo ad istum articulum questionis, an scilicet materia sit pars quidditatis rei, sive substantiæ materialis, dico, quod sic: quia sicut in genere causæ efficientis aliqua causata diversimodè se habent ad causalitatem effectivam extrinsecam: quia aliqua habent tantum unam causam immediatam effectivam, ut animæ rationales, & Angeli, scilicet ipsam Deum creatorem; aliqua habent causas effectivas subordinatas primæ causæ, & etiam habent ordinem in genere suo, secundum mediatus, & immediatus. Similiter etiam, & in genere causæ finalis, quia aliqua habent multas causas finales subordinatas uni fini ultimo, aliqua pauciores: eodem modo de causis intrinsecis, quia aliqua entia habent causalitatem intrinsecam per causas inexistentes, materiam simplicem, & formam, ut entia materialia composita, & aliqua entia simplicem entitatem, non causatam causalitate intrinsecâ ex diversis causis, materiali, & formali realiter distinctis, ut Angeli: secundum communione doctrinam: sicut igitur homo includit materiam & formam, tanquam causas intrinsecas sui, sic quidditas hominis includit materiam, & formam.

Ad primum argumentum alterius opin. licet sit ad oppositum, & Respondeo tamen ad formam, cum dicitur, quod materia est, quæ res potest esse, & non esse: Dico, quod Philosophus in 7. cap. de *Par. diff.* loquitur vario modo de istis tribus, *species, simul totum, & materia*: & equivocatio nominum multoties decept; ideo primo videndum est de equivocacione istorum, & post per hoc ad formam argumenti. *Speciem* enim aliquando accipit pro forma, quæ est altera pars rei compositæ: aliquando pro forma totius, ut humanitate, de qua in eodem c. *Speciem autem dico, quod quid erat esse*: ubi etiam dicit, quod materia est pars talis speciei. Aliquando accipit *speciem* pro universalibus abstractis, cujus scilicet universalibus abstractis primo est ipsum, quod quid est, sicut c. de *Par. diff.* (c) quasi in principio mota questione de partibus distinctionis, dicit, ex quibus est speciei ratio, & accipit ibi *speciem* pro universalibus abstractis, ut concavitate, sicut infra cap. 9. Universalibus, & speciei est distinctio. Similiter, *simul totum* aliquando, accipit pro composito ultimato contra: aliquando pro composito in universalibus, distincte autem accipit *simul totum* pro individuo substantiæ compositæ: quia illud ni-

a *Tex.* 11. 1. *Phys.* & 1. *Poster.* b *Tex.* 33. c *Tex.* 96. *Tex.* 920. 16.

a *Tex.* 90. b *Tex.* 35. c *Tex.* com. 34. d *Tex.* com. 7.

hil in sus ratione continet, quare sibi repugnet recipere prædicationem nature, sive *quod quid est*; immo *quod quid est* hominis prædicatur de hoc homine, licet non primo, sicut enim substantia composita abstrahit a tempore, & ab esse existentie, ita hic homo, & tota coordinatio illius generis, & ita individuum hominis, ut hic homo, abstrahit a tempore, sicut homo; sed stricte per *simul totum* intelligit hunc hominem (a), vel lapidem existentem, & talia generantur, & corrumpuntur; & de talibus non est proprie distinctio, nec scientia: quia talia, dum abstracta sunt a sensibus, nescitur an sint, vel non, sed illorum in absentia est tantum opinio. Et si arguatur, quod hic homo existens est tantum ens per accidens, ergo solum ens per accidens generatur, & non ens per se; Dico, quod actio generantis terminatur ad esse: & quamquam esse existentie huius hominis, non sit res alterius generis, & pro tanto cum eo cuius est, non faciat ens vere per accidens: tamen hic homo abstrahit ab esse existentie, & ideo non est de intellectu ejus; propter quod Logici dicunt, quod faciunt unum conceptum per accidens. Tamen realiter loquendo, hic homo existens corrumpitur, & generatur, & hoc vult Philosophus ibidem, ita quod quavis hic homo possit dici generari, tamen non nisi necessario concomitante esse existentie tantquam termino generationis. Similiter materiam aliquando accipit ibi, ut non contractam per aliquid adveniens sibi, sed solam, ut est principium potentie ejus, cuius est, & sic accipiendo materiam, materia est pars quidditatis in compositis materialibus, aliquando accipit materiam contractam per individualitatem, & sic est de esse *simul totum*, ut distinguitur contra formam, ut forma accipitur pro universalis abstracto, & hoc est accipere materiam, ut est pars individui substantie, non autem ut est pars ipsius, *quod quid est*. Aliquando accipit materiam magis contracte, ut contractatur per accidens, sicut materia syllabarum diceretur cetera: sed hoc accidit, quia certa potest esse sine syllabis, & syllabæ sine ea. Sumitur etiam aliter per accidens, & tamen necessario, sicut femicirculus est pars materialis circuli, quia non cadit in definitione circuli, nec est pars essentialis, sed integralis: tamen circulus semper habet femicirculum, & est materia propinquus se habens circulo, quam res, cum in ære sit rotunditas illa. Hæc in illo cap. supradicto.

Per hæc ad formam argumentum cum dicitur, quod aliquid dicitur corruptibile ratione materie; Dico: quod corruptibile potest dici potentiam propinquam ad corruptionem, vel remotam. Illud est corruptibile potentia remota, quod habet in se unde possit dici corruptibile: non tamen potest exire in actum, nisi prius fiat in potentia propinqua: sicut calefactivum dicitur, quod habet calorem, non tamen potest calefacere, nisi fit approximatum passo. Illo modo dicitur ignis corruptibilis, & est proximum de secundo modo, sicut color est visibilis: sed tamen ignis non est in potentia propinqua

ad

ad corruptionem, nisi sit in esse existentie: sicut nec ignis generatur proxime, sed hic ignis existens. Tunc dico, quod illud, quod est generabile, & corruptibile proxime, habet materiam contractam per esse existentie; sic enim materia est causa proxima corruptionis. Illo modo, *quod quid est*, non est proxima corruptibile, & ideo nec habet in sua ratione materiam, ut est proxima ratio corruptionis, ut scilicet est ubi actuali existentia, nec plus concludit ratio.

Ad secundum, cum dicitur, *quod quid est*, est principium cognoscendi, & materia est secundum signora; Dico, quod habent materiam partem sui, non cognoscitur, nisi cognita materia: namquam enim homo habet scientiam de substantia a se posita, nisi cognosceret materiam; aliter omnis cognitio scientifica esset simplicium, & immaterialium, secundum quod scientia est de rebus. Quamvis ergo requiratur cognitio materie ad hoc, quod cognoscatur substantia rei materialis; aliter tamen est causa cognoscendi materia, & aliter forma: sicut enim cause differunt in perfectione, & entitate, & causalitate in causando entitatem causati, ita, & in causando cognoscibilitatem ejus, sicut enim forma est magis ens quam materia, ita magis causat, & entitatem, & cognoscibilitatem, similiter, quia materia non habet esse perfectum in effectu, nisi per formam dantem esse tale ultimate in effectu, ita forma facit cognoscere etiam materiam: utraque tamen sunt una causa integra cognoscendi perfecte compositam. Est igitur materia ignota, quia non est perfecta ratio cognoscendi illud, cuius est, nec potissima, & hoc concludit ratio, & non plus. Et cum dicitur, quod materia est ignota: Hoc pro tanto dicitur, quia forma est alio modo ratio cognoscendi materiam. Vel aliter, quod loquitur de cognitione scientifica, & de materia contracta per esse existentie: & ita materia est ignota scientificæ, & est causa contingentiæ: & ideo non facit cognitionem scientificam eorum, quorum est materia, sed causat contingentiæ in eis: & non possunt fieri, sed illorum est tantum opinio; quia cum sint extra sensum, non habetur de eis, nisi opinio, & per hoc non excluditur materia a quidditate rei, quia de illis mutabilibus, & corruptibilibus potest haberi scientia in universalis, sciendo talia esse mutabilia.

Ad tertium, cum dicitur, quod in conceptis cum materia non est idem, *quod quid est*, &c. Dico, quod aliquid habet quidditatem per se, & primo: aliquid per se, sed non primo: & aliquid per accidens: generaliter. Ergo in his, que habent quidditatem per se, & primo, *quod quid est*, est per se primo idem cum eo, cuius est, habenti autem quidditatem per se non primo, idem est *quod quid est* per se, non primo, habenti vero quidditate per accidens, solum per accidens est idem quidditas. Tunc ad propositum dico, quod homo habet quidditatem per se, & primo, sic est sibi idem quidditas: sic homo habet quidditatem per se, non primo. & sic quidditas est idem sibi; hic autem homo existens habet quidditatem per accidens, & ita quidditas est idem sibi, sed hic homo alibi habet quidditatem magis per accidens, & ideo quidditas magis per accidens est idem sibi.

P a

Tunc

Tunc ad formam argumenti, dico, quod in conceptis cum materia contracta per *existere*, quidditas non est idem per se; cum eo, cuius est; sed per accident: ita ad Philosophum: sed in substantia compositis conceptis cum materia universalis abstracta, est idem quod quid est, cum eo cuius est secundum quod expresse dicit Philosophus, 7. Metaphysice, cap. 4. (a) *Singulum enim non al'ud videtur esse a summe iustitiam, & quod quid erat esse singuli, dicitur iustitiam: sicut igitur aliquid habere, quod quid est, sic est idem sibi.*

Ad alias auctoritates, cum dicitur, quod anima est substantia animalium, & quod quid erat esse; Dico, quod accipit substantiam, & quod quid erat esse, pro notiori parte d' finitionis, non autem pro tota d' finitione. Quod proba pro tandem glossantem se in ita, & eod. cap. (b) *Siquidem aliter & non est anima animalis, & sic quidem hoc dicitur, quod autem non dicitur, sicut dicitur est.* Sicut igitur vult, quod non est anima animal, sic nec est distinctio animalis, sed principalis pars: ideo dicit, sic autem dicitur, sic autem non, ita quod uno modo est distinctio, alio modo non.

Ad aliud dico, quod loquitur de materia contracta, ut supra dictum est. Similiter alibi dicit, anima est animalis esse, sed loquitur contra Platonem. Auctoritates alia; si adducantur possunt solvi per distinctiones supra positas.

Modo ad propositum contra Magistrum, dico, quod Christus in triduo non iuit homo, quia licet habuit partes naturae unitas sibi, non tamen habuit naturam humanam sibi unitam. Naturam enim humanam non est partes; nec partes unitae: quia pono, quod natura in se dicit entitatem absolutam ultra partes, ut probavi dist. 2. huius, unde humanitas non dicit solium respectum unionis partium ultra partes, non enim illud, quod homo formaliter est homo, est relatio: est autem homo formaliter homo humanitatis. Si enim homo nihil esset nisi partes unitae sibi, homo non esset unum nisi aggregatione, sicut nec quinaris est unitates, quinque scilicet, sed est illud totum, quod resultat ex quinque unitatibus; aliter si esset ille unitates, esset unum sicut acervus. Dico igitur, quod homo habet unitatem quandam, & entitatem aliam ab istis partibus etiam unitis, non tamen partem entitatem, quia cum illis faciat compositum: tunc enim procederet in infinitum, & illud totum, sive forma totius, non iuit unita Verbo in triduo: ideo tunc Verbum non iuit homo, & quamvis illud totum non sit sine unione partium, tamen unio illa, vel relatio non est formalis ratio illius totius. Hoc de realitate questionis in se.

Sed quid Loque loquendo, estne vera? Dico, quod non: nec illa *Christus fuit homo in triduo*: nec ista, si aliquis illam prolulisset in triduo, *Christus est homo*. Nec propter hoc nego istam. *Caesar est homo*, nullo homine existente: quia in illa, *Christus est homo*, alterum extremum ut *Christus*, non habet unum conceptum secundum Damascen. cap. 49. (c) *Christus autem, ait, nomen hypostasos dicitur*

dicitur non unimode dictum, sed duarum naturarum existentis significativum. Dicit igitur duos conceptus, scilicet Deum, & hominem, & ex alia parte *Caesar* dicit unum conceptum. Modo ad propositum dico, quod quando subiectum respectu predicationi non habet unum conceptum, sed duplicem includit; oportet rationem illius subiecti esse in se vera, & non includere repugnantiam; alioquin si ad verificationem propositionis, sufficeret predicatum esse d. intellectum subiecti, & non requireretur, quod ratio subiecti includens duos conceptus, esset in se vera; tunc esset haec vera, (a) *Malus Deo est*, quia esse est de intellectu subiecti, sed quia hoc subiectum, *malus Deo*, includit in se repugnantiam, ideo non est verum de aliquo, nec aliquid de ipso igitur oportet, quod ratio subiecti non habeat conceptum unum sicut vera in se, antequam verificetur d. aliquo, vel aliquid de ipso: & si sit impossibiliter vera aliquid impossibiliter verificatur de eo: sicut ratio huius subiecti, *malus Deo*, est impossibiliter vera, ideo impossibiliter verificatur de aliquo, vel aliquid de ipso, & si possibiliter, possibilibus; & si actu, actu. Cum igitur hoc nomen *Christus* significet suppositum existentem in duabus naturis, & in triduo non existebat in natura humana tota, quamvis partes naturae essent sibi unitae, ideo haec propositio, *Christus fuit homo in triduo*, est falsa: quia ratio subiecti pro tunc erat in se falsa, & ideo non potest homo verificari de eo, ut haec fit vera, *Christus est homo*; quia ratio subiecti, scilicet Christi, non iuit in se vera, quia non includebat suum significatum. Exemplum: haec est falsa: *homo albus est homo*, nullo homine existente; quia ratio subiecti in se est falsa, haec scilicet, *homo albus*. Probatio: quia sequitur per conventionem in pipem, *homo albus est homo*, ergo *homo est homo albus*; & ultra, *homo est homo albus*, igitur *homo est homo*: & ita a primo ad ultimum, nullo homine existente, haec est vera, *aliquis homo est*. Et si dicitur, quod haec est per se vera, *Christus est homo* (b), sicut supra dictum fuit: & si perse vera, igitur necessaria. Respondeo sicut supra dictum fuit, si ad perfectam inpositionem sufficit, quod subiectum includat in suo intellectu causam inhaerentem predicationi ad subiectum, & non requiratur, quod subiectum dicat conceptum unum, possit concedi, quod haec: *Christus est homo*, semper iuit vera. Sed magis credo, quod requiritur hoc, & plus, scilicet quod subiectum habeat conceptum unum; vel si non, sed includat conceptus plures, oportet, quod ratio eius sit in se vera, antequam aliquid verificetur de eo.

Ad primum principale, cum dicitur: *Christus est Christus*, ergo *Christus est homo*; nego consequentiam, sicut n. c. sequitur nullo homine existente, homo albus est homo albus, igitur homo albus est homo: qui sequitur per conventionem, quod aliquis homo esset albus, nullo homine existente. Similiter sequitur, sicut supra dictum

P 3

est

a Tex. 20. b Tex. 36. c Lib. 3. cap. 3.

a Falsum in se de nullo dicitur, nec aliquid de ipso 1. d. 2. q. 2.
b Dist. 7. q. 1.

est de homine albo, si Christus est homo in triduo, quod homo est Christus per conversionem, & ita nullo homine existente, homo esset Christus. Aliter dicitur, quod hæc est *Christus est Christus in triduo*, quia Christus includit duos conceptus, & significatur alterius conceptus non fuit in triduo, scilicet homo: ideo hæc iuit in se falsa, *Christus est Christus*; & ideo non sequitur consequens, nisi si cur ex impossibili quodlibet. Aliter concessio antecedente, consequentia non valet nec ex opposito consequentis, sequitur oppositum antecedentis, nisi ratione alterius partis, nam consequens fuit, Christus est homo: ex opposito, Christus non est homo, non sequitur oppositum antecedentis, scilicet Christus non est Christus, nisi ratione alterius partis, scilicet *hominis*. Ad secundum cum dicitur, quod anima dicit totam quidditatem hominis, & habens quidditatem, est homo; Dico, quod illud est falsum, sicut patet in questione; nec etiam ambe partes dicunt quidditatem; sed quidditas est entitas absoluta a partibus unitis etiam, & sic patet ad illam probationem antecedentis. Et quando dicitur, quod entitas hominis non est aliquid absolutum, aliud a partibus unitis, alioquin aliquid absolutum corrumpere in Christo in morte; Dico enim, quod verum est, quia tota entitas corrumpitur, non tamen corrumpitur aliqua forma partialis, que cum anima, & corpore faciat unum: sed ipsum totum corrumpitur, & corruptio terminatur ad non esse totius, & tamen partes manebant.

Ad tertium cum arguitur, Verbum habuit corpus, & animam sibi unitam, igitur potuit denominari; Dico, quod quavis hoc verum sit, tamen non placuit Doctoribus, ut denominaretur ab illis: ne vadit argumentum, & forte non sine ratione, quia quod non denominatur ab anima, vel a carne in triduo, ratio est, quia partes, que nate sunt esse partes alienius totius, non subsistunt naturaliter, nisi in suo toto, cuius sunt partes: huiusmodi partes sunt corpus, & anima; & tunc corpus, vel caro potest considerari in maxima abstractione, secundum quod natura abstrahitur a supposito, & dicitur *carneitas*, vel *corporeitas*, & sic non denominatur suppositum proprium, nec alienum, quia sic est abstractum maxime ab omni coactione. Aliter potest abstrahi, sicut universale abstrahitur a proprio supposito, ut caro ab hac carne individui: & sic potest caro predicari de hac carne, & hoc modo caro minus abstrahitur, & potest concernere proprium individuum carnis. Tertio modo accipitur caro magis concretive, ut concernit suppositum, cuius est pars; scilicet suppositum hominis: & ut sic accipitur, nata est aliquid denominare, scilicet suppositum proprium, ut dicatur carneum, vel carnosum: & ita potest totum denominari a parte, & quia illo modo non iuit in triduo ipsa caro in Verbo, ut actu pars illius, cuius nata fuit esse pars, scilicet nature humane: ideo Christus ratione illius non potest dici corpus, vel corporeus; caro, vel carneus. Non caro, quia sic non denominat nisi individuum, cuius caro est universale abstractum. Non carneus, quia sic non denominat, nisi concurrente toto, cuius caro nata est esse

esse pars, scilicet natura humana. Christus igitur in triduo non potuit dici caro, quia non erat individuum carnis, nec carnalis, quia secundum usum loquentium hoc sonat in vitium. Nec carnosus, quia hoc sonat in superfluum. Si autem denominativum esset impostum, sine defectu sonans, ut corporeum, vel aliquid tale, non posset denominari Christus ab eo tunc, quia deficit sibi totum compositum humanum, cuius caro est pars, & non denominat sic, nisi sit in toto suo, nec totum suum proprium, nec suppositum alienum. Exemplum de albedine; potest enim considerari albedo in maxima abstractione, & potest dici albedinitas, & sic nihil denominat. Alio modo prout non abstrahit ab individuo proprio, & tunc aliquo modo concernit, & dicitur albedo. Tertio modo potest considerari, ut concernit alienum suppositum, & dicitur album: tunc quavis albedo denominat hanc albedinem, quia hæc albedo est albedo: tamen non denominat aliquid esse album, nisi cum albedine concernat proprium subjectum. Et similitur de quantitate. Unde si Christus assumpsisset quantitatem, ut solam quantitatem, non diceretur quantus in triduo: quia nihil denominatur quantum, nisi concurrente in illo proprio subiecto quantitatis, scilicet substantia materiali. Non igitur diceretur Christus in triduo corpus, quia non fuit individuum corporis, nec corporeus, quia non habuit totam naturam sibi unitam, cuius corpus natum erat esse pars, & sic denominat totum, & habens naturam totam, ut totum denominatur a parte. Sed nunquid potest aliquo modo denominari ab illis, scilicet anima, & corpore? Dico, quod sic, si essent nomina imposita; sicut si accidens dependeret ab aliquo, sicut a supposito tantum, non sicut a subiecto, ut si ali quod suppositaret, vel fulguratet ipsum accidens, ita tamen quod non informaretur ab accidente; adhuc posset denominari ab illo, si esset nomen impostum, non posset tamen dici albus, nisi informaretur, posset tamen dici habere albedinem. Ita Christus in triduo, vel Verbum, potuit dici habere animam, & corpus: sed nec fuit anima, nec corpus, nec animatum, nec corporeum propter distans causas, potest etiam denominari a toto illo, quod resultat ex partibus illis, videlicet ex corpore, & anima, tamen cum determinatione distrahente, scilicet, quod fuit homo mortuus. Tunc ad formam argumenti, suppositum subsistens in natura potest ab eo denominari, concedo sicut in ea subsistit: & hoc diversimode, ut dixi, sed non sequitur omni denominatione, quia non omni modo subsistebat, non enim sic subsistebat, ut possit dici homo, nisi cum determinatione distrahente.

DISTINCTIO XXIII.

Circa istam vigesimam tertiam Distinctionem, in qua Magister agit de virtutibus, & primo de fide, quantum ad ejus essentiam, quaeritur unum.

QUÆSTIO UNICA,

Virum de credibilibus nobis revelatis, necesse sit ponere fidem infusam?

Quod non, quia ad omnem certitudinem actus credendi, quam expectamus in nobis talium credibilium, sufficit nobis fides acquisita; igitur superfluum ponere fidem infusam. Consequenter patet, quia non ponitur habitus, nisi propter actum: & superfluum ponere plura, quando unum sufficit. Antecedens probatur, quia sicut firmiter inhiere mus historis, & gestis scriptis de rebus bellicis, & aliis, quæ scribuntur in Chronicis, fide acquisita, per hoc, quod credimus veraces eos esse, qui talia referunt, ita fide acquisita firmiter inhiere mus historiae Scripturæ sacre, & Evangelio: quia firmiter credimus eos esse veraces, qui libros Canonis condiderunt: igitur præter fidem acquisitam, superfluum omnia alia propter certitudinem actus credendi. Præterea, magis est supra inclinationem intellectus, immo contra, assentire falsis impossibilibus oppositis necessitatorum, quam assentire objectis neutræ, quæ licet sint vera, non tamen habent evidentiam ex terminis: sed aliquis habitu acquisito per taligraphum assentit opposito conclusionis demonstratæ, vel demonstrabilis, sicut habens ignorantiam dispositionis, qui scilicet est in errore, firmiter adheret illi falso: igitur multo fortius fide acquisita forte firmiter credere vera neutræ, cuiusmodi sunt credibilia a nobis. Sed dices, quod forte idem assentit, qui persuasus est aliqua apparentia argumenti, ideo idem aliud exemplum. Ecce aliquis hæreticus firmiter adheret suo errori, credens illum esse verum, instans quod non nisi parvus est pro eo, & fide sua se assentit illi, quod evidens ex terminis esse non potest, cum sit falsum, & hæreticis: & illa fides non est nisi acquisita, & est in ratione inclinans ipsam firmiter in illum errorem, nec talis est persuasus ratione, sed credit auditu aliquorum, ut proprio conceperit: igitur aliquis potest fide acquisita firmiter adherere alicui credibili sine fide infusa a Deo. Item, si ponitur fides infusa a Deo, illa non potest corrumpi in nobis nec amitti: hoc autem est falsum: igitur & illud ex quo sequitur, scilicet quod aliqua talis fides sit in nobis. Antecedens probatur, quia sicut habitus infusus talis fides sit in nobis, & non potest creatura in causalitatem ipsius, quia non generatur ex actibus nostris, ita quando corrumpitur, annihilatur totaliter: & sicut creatura non potest aliquid creare, ita nec annihilare: igitur nullus habens fidem quocumque errore possit effective fidem annihilare, attingendo essentiam habitus; nec demeritorie, quia si sic, hoc esset per maximum demeritum, scilicet per odium Dei, sed hoc non perditur, quia demeritorie credunt, & contremiscunt, & habent fidem iniformem, & tamen credunt Deum: igitur si poneretur fides infusa, non posset corrumpi

nec amitti: igitur nulla est fides infusa. (a) Præterea, (& hoc argumentum potest ponderari) ille habitus, ad quem non potest homo ex omnibus naturalibus suis attingere, est simpliciter perfectior omni habitu, ad quem potest attingere generando ipsum in se, ex suis principis naturalibus: si ergo ponitur fides infusa, cum homo ex tota coordinatione virium naturalium suarum, & earum actuum, & objectorum, non possit in se generare fidem illam, esset huiusmodi fides perfectior habitu quoniam habitu acquisito, scilicet scientia conclusionum, & habitu principiorum, cum perfectioris habitus correspondeat perfectior actus, atque credendi fidei infusæ esset perfectior quam actus intelligendi prima principia per habitum principiorum, quod videtur valde inconveniens. Contra, ad Hebr. 11. (b) *Sine fide impossibile est placere Deo*: sed certum est, quod multi placent, & multi placuerunt Deo: igitur necesse est ponere fidem respectu credibilium nobis revelatorum, & quod loquatur de fide infusa, patet per eundem 1. ad Corinth. 12. ubi dicit. *Asidue excellentiorem viam vobis demonstro*, & post cap. 13. subdit de illis virtutibus Theologicis, quæ sunt viæ excellentiores omnibus habitibus acquisitis: ibi enim loquitur de fide infusa, sicut de charitate infusa.

In questione ista. Primo dicam, quod certum est, quia certum est, quod in nobis est fides acquisita, & ex hoc sequitur unum corollarium. Secundo dicam aliud, quod non est ita manifestum, & ibi duo, secundum quod dupliciter potest dici de fide infusa: & eligite patrem, quam volueritis. Tertio dicam ad questionem.

De primo certum est, quod in nobis est fides revelatorum credibilium acquisita. Quod patet per Augustin. in Epistola contra Iulianum. Mentum Manichei, qui dicit, quod non crederet *Evangelio, nisi crederet Ecclesie Catholicae*. Patet igitur per eum, quod libris Canonis sacri non est credendum, nisi quia primo credendum est Ecclesie approbanti, & auctorizanti libros istos, & contenta in eis; quamvis aliqui libri auctoritate habeant ex auctoribus suis, non tamen adheremus ei firmiter, nisi quia creditur Ecclesie approbanti, & testificanti veraces esse eorum auctores. Unde dicit Augustinus ibidem, quod Evangelium Nazarenorum non admittam, quia non admittitur ab Ecclesia. Sicut igitur si nulla fides infusa esset in me, crederem firmiter historiis librorum Canonis propter auctoritatem Ecclesie, si eundem fide acquisita credo aliis historiis a quibusdam tamosis viris scriptis, & narratis. Credo igitur fide acquisita Evangelio, quia Ecclesia tenet scriptores veraces, quod ego audiens acquirere mihi habitum credendi dicitur illorum. Præterea, si unus pro Iudaus nunquam baptizatus nutritur inter nos, & disciplinaretur more nostro, habitu acquisito ex auditu crederet, & adhereret omnibus, quibus & nos: sicut etiam ego fide acquisita ex auditu parentum, & aliorum, credo multa tempora transisse, mundum etiam non inceptisse necum. Credo etiam Romam esse, quam non vidi, ex relato fide dignorum.

fic & revelatis in Scriptura per fidem acquiritur ex auditu firmiter adherere, credendo Ecclesia approbanti veritatem auctorum illorum. Præterea, hic est aliquis baptizatus credens omnes articulos, postea errat circa unum tantum, scilicet Trinitatem personarum, & unitatem essentia: tamen sentit se firmiter adherere omnibus aliis credibilibus, non enim oportet errantem circa unum articulum, errare circa omnes; quia hæreses non sunt necessario connexæ. Ille igitur sine fide infusa credit aliis articulis, quia fides infusa corrumpitur cum hæresis generatur; alias starent simul fides, & hæresis: igitur fide acquisita credit aliis articulis, quæ scilicet fuit cum infusa præcedente, si aliqua talis fuit: non enim in illo instanti, in quo corrumpitur fides infusa per hæresim, generatur primo fides acquisita, nam ille error non disposuit ad fidem præ tunc, immo est indispotio, ut pro tunc non generetur: igitur præ tunc ante illum errorem, & sic eorum est esse in nobis fidem acquiritam. Præterea, ad Roman. 10. *Quomodo credent: ei, quem non audiverunt? quomodo audient, sine prædicante? quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* Igitur faciendum Apostolum, fides est ex auditu: auditus autem est ex prædicante: prædicare autem nullus potest, nisi mittatur: igitur de primo ad ultimum, non potest homo credere, nisi audiat aliquem prædicantem sibi credibilia. Hoc argumentum non valet, nisi loqueretur de fide acquisita: quia hæc fides generatur in homine, ex hoc, quod audit verba prædicantis, adhibendo fidem dictis suis, quia non oportet quemlibet talem esse bonum moraliter per charitatem infusam, sed potest esse in peccato mortali: & audiendo prædicantem, & videndo miracula facti, credit ei, & hoc, quia dicitur sibi naturaliter ratio, quod Deus non assidue iustificat alicuius, operando miracula ad falsam alicuius prædicata, vel dicta: igitur fides illa præcedit charitatem, & per consequens est acquisita, quia infusa non infunditur, nisi cum charitate. (a) Ex istis sequitur corollarium, quod propter credulitatem articularum revelatorum, ut homo firmiter credat omnibus articulis revelatis, & determinetur ad alteram partem sine oppositi formidine, non oportet ponere fidem infusam: nec necessitas ejus potest ex hoc concludi: quia fides acquisita est super opinionem, quæ adhæret uni parti contradictionis, cum formidine alterius, licet sit infra scientiam quæ est ex evidentiæ objecti scilicet. Quare, non dico mundum inceptibile mecum, non quia scio ipsum præcessisse me, quia præditorum non est scientia, secundum Augustinum; nec opinor mundum præcessisse me: sed adhæreo firmiter huic, mundum præcessisse me per fidem acquisitam ex auditu aliorum, quorum veracitati credo firmiter. Nec dubito mundum præcessisse me, & esse partes mundi, quas non vidi: quia non dubito de veracitate narrationi mihi facta, & assentium vera esse. Ideo sicut nec hæsit de veracitate eorum, quæ est quasi principium, sic nec dicto eorum, quod est quasi conclusio sequens eodem modo: quia homo non dubitat de veracitate

te Dei, quia hoc eumlibet naturaliter inseritur, scilicet, Deum esse veracem: nec dubitatur de approbatione Ecclesie, quæ approbat dicta, & scripta vitorum præcedentium; ideo non dubitatur de his, quæ in Scriptura revelantur, sed hæc acquisita ex auditu firmiter eis adheret. Hoc igitur tenendum est tanquam certum, quod revelatorum in Scriptura est in nobis fides acquisita, generata ex auditu, & ex actibus nostris, quia eis firmiter adheremus.

Secundo de fide infusa, quomodo sit ponenda in nobis, & hoc non est ita certum, an fit, vel quomodo sit ponenda in nobis; tamen potest dici, quod fides infusa similis est in aliquo modo acquirenti, immo in multis. Nam sicut fides acquisita assentit, vel credit dicto alicuius, quia credit veracitati assentientis illud esse verum, sic fides infusa assentit alicui revelato, quia credit Deo, vel veracitati Dei assentientis illi. Et quia quod Deus assentit supernaturaliter revelat, ideo fides assentientis tali revelato, quia assentit veracitati revelantis, est habitus supernaturalis; revelat autem credibilia, quando inundat habitum. Et hoc modo dicendo, fides non habet certitudinem ex objecto, sed ex veracitate testis, scilicet Dei, & hoc modo facile est videre, quomodo fides est cum ænigmatibus, & obscuritate: quia habens fidem non credit ænigmatibus esse verum ex evidentiæ objecti, sed propter hoc, quod assentit veracitati inmundantis habitum, & in hoc revelantis credibilia. Similiter hoc modo teneri potest, quod sit una fides omnium credibilium, quia non respicit credibilia sub propriis rationibus illorum, sed ut revelata sunt a Deo, & credit omnia revelata a ipso tanquam vera esse eodem habitu, quo credit revelantem esse veracem. Si enim habeo habitum, quo credo te esse veracem, per eundem habitum credo hæc, quæ assentis, esse vera, quantumcumque illa sint diversarum rationum: quia illis non assentio, nisi per accidentia, per hoc scilicet, quod assentio veracitati tue: & ita assentio illis ut sunt a te assenta. Ita hic nam credibilibus revelatis a Deo assentio, quia assentio veracitati Dei: & sic fides respicit omnia credibilia, ut revelata a Deo, non autem sub propriis rationibus: & ideo una fides potest esse de omnibus credibilibus, quantumvis Geometrica, & Physica, & quantumcumque diversa, & alterius rationis introducerentur hic tanquam credibilia: in omnibus enim esset una ratio credendi illa esse vera, quia revelata sunt a Deo.

Contra, si fides infusa respicit primam veritatem, ut revelantem articulos, & casualtem assentium de credibilibus, & non sit aliud, sed est fides, ut de objecto sequitur, quod nunquam aliquis fidelis sua fide assentit huic, *Deus est trinus, & unus*, quia secundum te non assentio illi, nisi quia est revelatum a prima veritate.

Quæro igitur a te, quomodo assentio huic, scilicet hoc esse revelatum a Deo? quia si assentio huic, *Deum esse trinum, & unum*, quia revelatum, magis assentio huic, scilicet: *Hoc esse a Deo revelatum*: sicut assentientis conclusioni propter principia, magis assentit principii. Si dicas, sicut oportet dicere, quia revelatum est a Deo, Deum esse trinum, & unum, esse revelatum a Deo, adhuc queram

quomodo assensio huic secundæ, & sic in infinitum, & per consequens nunquam aliquid firmiter credam de articulis fidei: sicut si scientia conclusiois resolueretur in principia, & illa principia in alia, & sic in infinitum, nunquam sciretur aliquid, sicut nec aliquid esse potest, quod dependet essentialiter ex causis infinitis. Si dicas, quod huic, scilicet (a) *Deum esse trinum, & unum, esse revelatum à Deo*, assensio ex fide acquiritur. Contra, igitur tunc fides incita dependet in esse, & in faciendo adherere alicui articulo, a fide acquiritur, sicut a principio: quia non potes dicere, quod per scientiam eius adhererem, quia *Deum esse trinum, & unum, esse revelatum à Deo*, non est evidens ex terminis, plus quam ista, *Deus est trinus, & unus*. Præterea, formalis ratio obiecti habitus realis, non est ratio, vel ens rationis: sed esse revelatum, Deum esse trinum, & unum, non dicit ultra Deum trinum, & unum, nisi respectu rationis, sicut esse cognitum non dicit nisi respectu rationis ultra rem, que cognoscitur: igitur si assensio Deo trino, quia revelatum, formalis ratio obiecti, cui assensio per habitum realem, est ens rationis; quod est inconveniens, cum habitus realis habeat obiectum formale reale, sicut potentia realis obiectum formale reale: igitur revelari passivo, cum sit res rationis, non potest esse formalis ratio tendendi in hoc, *Deus est trinus, & unus*. Præterea, in primis, cui articuli sunt revelati, sufficit fides acquiritur, ut firmiter credat eis, sicut in Paulo: igitur in aliis posterioribus sufficit fides acquiritur, ut firmiter credant talia credenda. Consequenter probatur, quia secundum August. super illud Psalm. 71. *Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam*; interiores illuminantur per superiores, & non magis illuminantur, quam superiores illuminantes ipsos. Probatio antecedentis, ex puris naturalibus includendo habitum acquiritum, potest aliquis assentire omnibus assertis, & revelatis ab aliquo, quia ex puris naturalibus, assentire potest illum esse veracem, qui talia assertit, & revelat: sed ex puris naturalibus credit homo, & assentit, quod Deus est verax, magis quam omnes homines, & hoc scire, & assentire potuit Paulus; igitur Fide acquiritur ex puris naturalibus potest assentire omnibus revelatis à Deo, & per consequens quilibet alius; igitur præter fidem acquiritam, non requiritur necessario propter assentire aliqui articulo, quod sufficit Fides acquiritur cum aliis naturalibus fides. Præterea, enim aliqua scientia propter sui difficultatem, ut Geometria, vel alia, non possit sciri ab isto homine propria inventione, & in suo lumine naturali; tamen postquam est inventa, & ordinate transita, potest homo iste ex puris naturalibus naturaliter acquirere, & scire eam: igitur eodem modo, quamvis nemo naturali lumine intellectus possit propria inquisitione venire ad notitiam huius, *Deus est trinus, & unus*: tamen postquam est revelatum alicui, potest alius, & ille, cui revelatum est, etiam firmiter assentire illi, & adherere Fide ac-

qui

quiritur. Præterea, Fides infusa, si ponitur, est certior, quam acquiritur; alias frustra poneretur: sed quod sit minus certa, proba, quia conclusio est minus certa, quam principium, ex quo tota certitudo eius est a certitudine principii: sed huic, *Deum esse trinum & unum*, assensio Fide infusa (si ponitur) quia hoc revelatum est à Deo; sed hoc esse revelatum credo, quia Johannes, vel alius Apostolus dixit hoc sibi esse revelatum: sed si audivissem, vel assensissem hoc sibi esse revelatum, credidissem sibi Fide acquiritur, credendo scilicet, ipsum esse veracem, & nihil falsum velle asserere: igitur & modo credo Fide acquiritur et audit Scripturatum, vel lesionem, esse revelatum Apostolo, Deum esse trinum, & unum: igitur tota firmitas, quam ponis hoc modo in Fide infusa, est à Fide acquiritur: ergo non videret ponenda Fides infusa modo supra posito.

Aliter potest poni Fides infusa in nobis sic: (a) creditur possunt accipi, & cognosci a nobis naturaliter in quolibet genere credibilium in conceptis generalibus *entis, & veri, & sic de aliis*. Possunt enim hæc: *Deus est trinus, & unus*, cognoscere in terminis suis generaliter, cognoscendo Deum sub conceptu generali, & similiter trinum, & sic de aliis terminis. Sed hæc: *Deus est trinus in personis, & unus in essentia*, nunquam cognoscimus evidenter, nec est nobis evidens ex terminis, nisi termini ejus apprehendantur a nobis in particulari, sub propriis rationibus. Licet igitur isti termini apprehendantur in universali a nobis; ut tamen sic apprehensi non sunt termini propositionis immediatæ simpliciter primæ, sed mediæ. Ideo hæc propositiones: *Deus est trinus, & unus: Filius Dei est incarnatus*, & hujusmodi, præter omnem cognitionem, quam naturaliter possumus habere ex terminis illarum in universali, adhuc remanent nobis neutra, itaque non possumus naturaliter scire eas esse veras, nec falsas. (b) Sed si possumus concipere terminos in particulari, primo movere intellectum ad simplicem apprehensionem sui sub propriis rationibus eorum; secundo, ad compositionem terminorum in propositione immediatæ vera. (c) Cum igitur de factis hæc in via non moveant intellectum nostrum, sic in particulari, & sub propriis rationibus; per consequens non habemus assensum eis, tanquam propositionibus immediatis ex evidentiâ terminorum, quem tamen assensum nati essent termini apprehensi causare in intellectu; sed habemus unum assensum alium imperfectum respectu illius, & inclusum in illo, sicut imperfectum in perfecto. (d) Et ideo ille assensus imperfectior potest causari in nobis per aliquid suppletis causalitatem terminorum imperfecte cognititorum: sicut ex frequentia actuum cognoscendi terminos illos cognitione imperfecta, causaretur in nobis habitus causans assensum Propositionibus complexis ex illis terminis sic imperfecte cognitis. (e) Sed quia nihil movet intellectum nostrum naturaliter ad causandum assensum intellectus illis credibilibus, ideo

^a Vide quæst. 14.

a Pro quo vide 14. q. 4. quæst. Distum 2. Distum 3. Distum 4.
b Distum 5. c Distum 6. d Distum 7. e Distum 8.

ideo Deus supplet vicem objecti, ut sicut ex frequentia actuum cognitionis imperfecit terminorum in articulis generaturur in nobis assensus imperfecit de credibilibus; si tamen termini moverent imperfecite ad huiusmodi assensum casualium: sic Deus invidet nobis habitum fidei inclinarem intellectum nostrum in assensum articulorum; et ita quod fides respiciat ipsum Deum, de quo formantur articuli, quibus sicut objectis secundatis assensus per habitum. (a) Sed ille assensus non est ex evidenti terminorum, quia omnia credibilia, vel sunt necessaria simpliciter sicut, Deum esse trinum, & unum, & omnia alia, quae respiciunt Deum intrinsece. I sunt contingentia, ut illa quae respiciunt extrinsece casuali modo est incarnatio Filii, curatio mortuorum, & huiusmodi, quae dependent a voluntate Divina, quae contingenter ordinavit illa ab aeterno quavis sit: necessaria ex praesupposito one divinae voluntatis, scilicet si ordinavit ea fieri, & tunc necessitas illorum est conditionata. (b) Et talium credibilia, sive necessarium simpliciter, sive contingentium, necessitas, vel contingentia, vel ipsa, met credibilia, non sunt nobis nota intuitive, sicut nata essent videti. (c) Ideo assensus, quem causalit in nobis fides infusa, sicut nata essent videti, non est ita perfectus, sicut erit quando videbimus eum, sicut est, scilicet Deum, sed est imperfectus. (d) Et ille modus ponendi fidem infusam non innititur alteri, sicut praecedens modus, scilicet quod ideo assensus huic: *Deus est trinus, & unus*, quia prius assensio Deo revelati hanc veritatem, & sic respicit Deum, ut causantem assensum, non autem ut objectum habitus: sed fides respicit Deum, sicut primum objectum; de quo sicut de objecto primo, continet huiusmodi veritates, fornamus huiusmodi veritates complexas: *Deus est trinus, & unus*, nec credo hoc esse verum, quia prius credo hoc esse revelatum a Deo, sed ille habitus immediate acquireretur, eo modo quantum ad hoc, quo scientia inclinatur intellectum in cognoscibilia; nec cognoscibilia sunt praesentia in habitu, ita quod repraesentent ea: sed sunt praesentia per species, & tamen si objectum non esset praesens per species, a. huc faceret habitus; sicut si species possent esse deleta, stante scientia, adhuc scientia magis inclinaret in illa objecta, quae fuerunt sibi aliquando praesentia in speciebus, quam in alia. Et similiter si essent praesentia, homo facilius intelligeret, & concluderet conclusiones ex eis, quam ex aliis objectis, quorum nunquam habuit habitus; sed haec credibilia, licet non sint praesentia per fidem infusam, ita quod repraesentent objecta, sicut nec aliquis habitus facit, sed aliunde, puta per auditum, vel lectioem; inclinatur tamen fides infusa in credibilia primo, sicut in sua objecta, ita quod fides respiciat primam veritatem, ut de qua est, sicut de objecto primo. Et tunc dissimilis est fides ista ab acquisita, quia ratio tendendi in aliquid creditum fide acquisita, est veritas testis asseren-

a Dicitum 9. b Dicitum 10. c Dicitum 11.
d Distinguntur isti modi generis obiectum, & generis assensum.

ferentis illud esse verum: hic non sic, sed de ipsis credibilibus, scilicet articulis respicientibus primam veritatem, in qua sunt omnes veritates huiusmodi, sicut objectum primum: non sicut illud, a quo sunt casualiter huiusmodi veritates revelatae secundum primam viam; quavis articuli non sint praesentes, ut objecta, nisi quia prius revelati: tamen intellectus non tendit in eos, quia primo credit ea revelata: ideo non respicit pro formalis objecto in eis revelati, sed ipsos articulos in se. Adhuc tamen est obscura, quia licet firmiter inclinatur intellectum in talia, ut objecta, tamen non facit ea praesentia ex evidenti rei: nec aliquid aliud facit ea sic evidenti, vel praesentia; tamen habitus fidei inclinatur in veritate objecti, secundum quod inclinatur firmiter intellectum in talia objecta.

Contra, quia fidei dicendo, sequitur, quod fides sit potentia, & non habitus: quia illud est potentia, quo simpliciter possumus in actum; habitus est, quo sic, vel sic possumus, scilicet faciliter, & expedite, vel intensius: sed fides secundum hanc viam esset simpliciter potentia, quia nullo modo possumus assentire huic: *Deus est trinus, & unus*, nisi per fidem: igitur fides est potentia, & non habitus.

Praeterea, tunc sequitur, (a) quod actus fidei acquisita, & infusa sint alterius rationis, quia habent principia alterius rationis: nam actus fidei acquisita dependet ab intellectu, & veritatem assensus aliquid credibile: sed actus fidei infusa ab intellectu, & fide infusa: igitur ex quo principia solum partialia sunt alterius rationis, sequitur quod actus sint alterius rationis. Sed hoc forte conceditur, quia non est inconveniens multum, sicut de actibus intelligendi respectu obiectorum formaliter distinctorum.

Sed ad argumentum praecedens potest dici, quod fides non est potentia: quia potentia se tener a parte animae, fides a parte objecti, ut partialis causa respectu actus, ideo non est potentia animae, sed causae assensum totum, ut tenet vicem objecti.

Contra, & est ad principale: si totus assensus sit ex habitu fidei, tunc habitus omnibus, quae concurrunt ad actum credendi in esse primo, sequitur necessarium actus credendi: sed postea aliquo nunc baptizato, cui occurrant phantasmata terminorum illorum simplicium, scilicet haec mortis, & resurrectionis, cum potentia tunc sit habitus habitus necessario inclinante, & objectum sit praesens in phantasmate, sequitur necessarium actus, scilicet, quod talis assentire huic complexo, *mortui resurgent*: quod falsum est, nunquam enim omnibus istis positus plus assentiret, quam aere, nisi prius edocueretur de illo articulo, quod esset credendus; igitur videtur, quod sufficit fides acquisita ex auditu, nec aliquis experitur alia in tali assensu.

Praeterea, si fides infusa praebet talem assensum per modum naturae inclinans potentiam in actum, cum termini articulorum possunt apprehendi ante omnem actum voluntatis, sequitur, quod homo fir-

miter

a Vide 1. de 2. q. ult.

mater assentire credendis; ante omnem actum voluntatis, quod negat August. super Joas. homil. 26. *Cetera*, inquit, *potest homo nolens, credere autem non nisi volens*. Sequitur etiam quod sine fide acquiritur, quia habitus perfectus non eget alio, per quod non præsentatur ejus obiectum. Præterea, si fides infusa ponitur præbere talem assensum, cum in ipsa non sint credibilia præsentia, oportet ponere aliam fidem, vel habitum, in quo illa credibilia contineantur, ut neutra, & præsentia intellectui: & aliam fidem, per quam fieret assensus in talia credibilia, cum termini eorum, & complexio sit neutra; & sic quilibet perfecte credens, ut Theologus, habet in se duos habitus intellectuales, ut per omnem credibilia essent sibi præsentia, ut neutra, & per alium assentiret.

Ad questionem tamen dico, quod oportet ponere fidem infusam propter auctoritatem Scripturæ, & Sanctorum; sed non potest demonstrari fidem infusam in se alicui, nisi præsupposita fide, quod velit credere Scripturæ, & Sanctis; sed infidelis nunquam ostendetur; sed sic credo Deum esse trinum, & unum, ita credo me habere fidem infusam, quia hoc credo, & hoc a Deo, ut perficiat animam in actu primo: quia Dei est perfecte perficere, quando perficit. Unde ficut quando sanat aliquem secundum corpus, perfecte sanat profectum, in quo est; ita etiam secundum animam; & quia in anima est imago Dei secundum tres potentias, quæ deformata erant per peccatum, sic Christus reformatum, sicut perficit voluntatem per charitatem, sic intellectum per fidem; quamvis voluntas possit diligere Deum clare visum ex parte obiecti, non tamen eodem modo, sine charitate, & cum charitate, ideo non solum propter actum primum dat charitatem, sed propter secundum, ut sit perfectior; & intensior actus diligendi, ex potentia, & charitate, quam ex potentia tantum, & sicut patet *lib. 1. dist. 17.* & similiter de fide suo modo, quia fide charitas facit secundum actum perfectiorem, sic fides; fide charitas ultra hoc facit acceptum actum suum, & actum cuiuslibet alterius potentia. Unde sicut dictum fuit ibi, si fieret una voluntas perfectissima, & non haberet charitatem, tanto magis desideret a propria perfectione in actu secundo, quem posset habere secundum proportionem Geometricam, propter carentiam charitatis proportionata potentia, quanto magis excederet aliam voluntatem inferiorum in perfectione prima. Perfecti igitur has potentias per habitus supernaturales in esse quodam supernaturali, sicut natæ sunt etiam perfecti naturaliter habitibus naturalibus. Nec proinde habitum fidei infusæ solum propter gradum in actu, sed etiam propter assensum, quia assensus non est totaliter a voluntate. Aliqui enim sunt, qui velint magis assentire, & tamen minus assentiunt; & ideo petebant Augustinus, *Domine, adauge nobis fidem*, Luc. 17. & in quâdam collecta petitur augmentum ejus, *Omnipotens sempiternus Deus, da nobis fidem, spei, & charitatis augmentum*. Illud non oportet petere, si totus assensus esset a voluntate, nec fides excludit omnem dubitationem, sed dubitationem vincens, & trahentem in

in oppositum credibilis. Quod autem requiritur fides infusa, non solum propter intentionem actus, sed etiam propter assensum; & certitudo hinc patet; quia hoc non potest esse a fide acquiritur, scilicet firmus assensus: quia fide acquiritur nullus credit alicui, nisi quem tot posse falli, & fallere; licet credat ipsum non velle fallere: sed nemo potest perfecte assentire dicitis ejus, quem novit posse falli, & fallere, in his, quæ dicit, cuiusmodi est quilibet homo; cui, & non alii assentitur per fidem acquisitam propter veracitatem illius. Ex quo igitur ita est, oportet ponere fidem infusam propter firmum assensum, ut respiciat Deum per obiecto primo, de quo sicut de obiecto formantur alia veritates, quæ continentur in articulis mediatis, vel immediatis; secundum quod ipsum sic, vel sic respiciunt.

Contra hoc ultimum sic, aut intelligis, quod per fidem infusam assentit quis firmiter, ita quod non possit non assentire, vel dubitare de eo, cui assentit; aut quod assentit inallibiter, id est, indeceptibiliter, ita quod non decipitur in suo assensu. Si primo modo, sic etiam est de fide acquiritur: quia tunc fide acquiritur, & dum homo assentit per eam alicui obiecto, non potest dubitare, vel non assentire; aliter de eodem obiecto, & sub eadem ratione esset fides, sive adhesio, & dubitatio, & ita opposita, quod est insalutis: igitur propter firmam adhesionem non oportet ponere fidem infusam. Si secundo modo, id est, quod indeceptibiliter adhaeret; & non fallitur adherendo pro fidem infusam, potest autem falli per adhesionem fidei acquiritur. Contra, decipi, & non decipi, non est a parte habitus, nec a parte assensus, quem facit, sed a parte obiecti, secundum quod obiectum, cui assentit vere, vel false præsentatur habitui inclinanti: sed in proposito uterque habitus inclinatur naturaliter, & per modum naturæ præbet assensum: sed error in assensu est a parte obiecti, sic, vel sic occurrentis; sicut habitus principiorum inclinatur a parte sui naturaliter in verum; (a) & si sit deceptio, hoc est ex obiectis talio occurrentibus, & præsentatis intellectu: ideo non est certior quantum ad non decipi fides infusa, quam acquiritur. Dico tunc, quod fides infusa est propter actum primum; & propter perfectionem gradus actus secundi; quem gradum non potest habere intellectus cum fide acquiritur solum: & si propter aliquam certitudinem majorem velletis dicere, & solvatis argumentum factum, quod non.

SED quid dicit de fide infusa, quod non possit demonstrari inesse cum Augustinus 13. de Trinitate cap. 1. dicit, quod *homo fidem suam tenet firmissima scientia, & certissima, eamque in se videt, clamatque conscientia: quia verum absentium fides est præsens, & verum, quæ foris sunt; intus est fides, & verum, quæ non videntur, videtur fides*. Respondendo, quod accipiendo evidens, prout dicitur habitura generatum; & inclinatum in aliquid non evidens est se tanquam in verum; & hoc determinate, ut adhorret illi tanquam vero, sic potest aliquis scire se habere fidem, generaliter loquendo de fide,

sicut potest scire se habere scientiam; arguendo habitum esse in se ex ipsis actibus; sed quod aliquis sciat, vel scire possit se habere fidem certam determinate inclinante in verum, ita quod sciat fidem esse veram; & illud in quod inclinatur esse verum, ita quod facit assentire vero; & non solum inclinatur in aliquid tanquam verum, secundum primum modum, sic nullus scire potest in hac vita, nisi reveletur sibi. Probatio hujus, quia non possum scire me assentire vero, nisi prius sciam esse verum illud, cui assentio: scire aliquem articulum esse verum impossibile est pro statu isto de lege communi: ideo sicut credo Deum esse trinum, & unum, & non scio, nec scire possum illud pro statu isto; sic credo me habere fidem infusam inclinantem in illud, sicut in verum, quod est in se verum. Ad argumentum dico, quod August. loquitur de scientia, non qua fides scitur actu secundo, sed actu primo: quia fides in anima, sicut, & omnia, que sunt in anima, & ipsa anima; sunt presentia in memoria: ita quod de illis, si respectu eorum possit exire in actum; haberet certam scientiam: sed pro statu isto non potest habere actum secundum de fide secundo modo dicto supra, propter rationem talem, ideo credo me habere fidem, qua assentio vero in se, sicut credo verum esse illud, cui assentio. Ratio autem hujus est, quia anima intelligit cum phantasmate, & tallum non sunt phantasmata in se.

Ad primum principale, antecedens est falsum: licet enim fides acquisita sufficiat ad assensum, & certitudinem actus, prout credere opponitur opinari: tamen non est ita perfecte certus, sicut cum fide infusa; nec esset actus ita intensus, nec futicit in esse primo; quia fides acquisita non perficit animam ita perfecte, sicut infusa: oportet igitur ponere utramque fidem. Ad secundum dico, quod aliquis potest assentire per syllogismum opposito conclusionis demonstrabilis propter apparentem syllogismum; sed nunquam firmiter, & tunc causa adhesionis est apparentia syllogismi: & causa prima deceptionis est defectus in forma, non in materia: quia tunc nunquam fiat ad aliquid principium verum, sed iretur in infinitum in principiis. Sed cum dicitur quod heretici assentiant falsis sine ratione; dico, quod non est verum, quia nullus hereticus (proprie loquendo, excludendo simpliciter infideles) est, qui non reputet se Christianum, & omnis talis errat male intelligendo aliquam auctoritatem Scripturæ: & ex illo falso intellectu concludit conclusionem falsam, cui pertinaciter adheret; sicut si aliquis male intelligendo illud Apostoli, (*a*) *Qui infirmus est elus manducet*; ex hoc inierret anathema esse omnem infirmum aliud manducantem, quam olus, nihil esset ad intellectum Apostoli: quia non loquitur de infirmitate corporali, sed spirituali in fide. Ad aliud concedo, quod fides non corrumpitur in nobis effective, sed demeritorie. Et cum dicitur, igitur per maximum demeriturum, Dico, quod non, sed per illud, & quod ex ratione sua opponitur fidei; cuiusmodi est infidelitas, sive error circa credibilia.

Ad

Ad aliud concedo, quod fides infusa est perfectior habitus simpliciter quocunque habitu acquisito, eo quod ratione suæ perfectionis non potest causari, nisi a Deo in ratione cause, ut causat obiectum, vel per alium modum suppleendo vicem obiecti, quod non est perfecte presens in ratione obiecti respectu fidei.

Et cum dicitur, igitur actus credendi est simpliciter perfectior, quam actus intelligendi elicitus ab habitu naturali perfecto primorum principiorum; Dico, quod est loqui de actibus istis in se, & sic actus credendi est perfectior, quia a perfectiori principio elicitus, & in perfectius obiectum tendit; & est loqui de eis, secundum quod plus, vel minus attingunt obiectum, in quod tendunt, quantum ad intelligibilitatem obiecti; & sic dico, quod actus intelligendi est perfectior, quia ejus obiectum non tantum excedit ipsum in intelligibilitate non intellecta, quantum Deus excedit actum credendi in intelligibilitate non intellecta per actum fidei. Exemplum, oculus aquilæ videt Solem, oculus meus videt candulam; tunc simpliciter loquendo visio aquilæ est perfectior, quia a perfectiori; & auctiori potentia est elicita, sed loquendo de actu secundum proportionem ad obiectum, est e converso; quia visio mea magis attingit ad totam visionem candæ, quam visio aquilæ ad totam visionem Solis in se; & ita secundum proportionem Geometricam (*a*) visio mea est perfectior secundum Arithmeticaem visio Aquilæ: quia nobiliss est parum attingere de nobilioribus obiectis, quam multum de aliis, ut dicit Arist. 2. de Animalibus.

DISTINCTIO XXIV.

Circa istam vigesimam quartam Distinctionem, in qua Magister agit de fide, quantum ad ejus obiectum, & naturam, quaeritur unum.

QUÆSTIO UNICA.

Utrum de credibilibus revelatis, possit aliquis habere simul scientiam, & fidem; loquendo de scientia, ut accipitur pro omni noticia certam, accepta, ex evidentiæ rei?

Quod sic, Joan. 16 *Quia vidisti me Thomæ credidisti*. Thomas simul habuit de Christo certam noticiam intuitivam; & tamen fidem, ergo simul, &c.

Præterea; Petrus, & Joannes viderunt Christum crucifigi: sed unus articulus est de Christo homo crucifixus: igitur simul habuerunt noticiam intuitivam, quia ille homo crucifixus est, & fidem, quia non est dicendum eos fuisse extra fidem, vel cognitionem fidei, quia hoc viderunt: igitur stant simul de eodem scientia, & fides. Præterea, ad eandem conclusionem probandam, potest aliquis habe-

Qz

re